



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate
Libri Septem**

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

Alterum decretum per Coelestium papam xxx.q.i. c. lii

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

L I B E R T E R T I V S.

129

deinde usque ad finem decimi anni sextam feriam nul-
la interueniente redemptione obseruet in pane & aqua.
Hæc de fornicatione simplici : sed maiore pœnitentia
diluitur fornicatio, si cum spirituali filia contingat. Q[uo]d
re ut intelligat unusquisque, quæ pœnitentia huic flagio
tio à legibus præscribatur, hoc quoque decretum præ-
scriptis uerbis in medium proferamus: quod habetur in
sanctis patrum decretis, trigesima quæstione prima.

Alterum decretum per cœlestinum papam

xxx.q.i. Cap. LII.

Si quis sacerdos cù filia spirituali fornicatus fuerit, sciat
se graue adulterium commisisse: iccirco foemina si
laica est, omnia derelinquit, & res suas pauperibus
tradt, & conuersa in monasterio Deo usque ad mortem
seruiat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit homi-
nibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando
duodecim annos pœniteat. Postea uero ad monasterium
uadat, ibique cunctis diebus uitæ sua Deo seruiat. Haec
stenus decretum. De his uero qui contra naturam, aut
cum virginibus sacris peccarunt, quomodo etiam gravissi-
mum puniantur superius suis locis dictum est. Discant
modo impudici sacerdotes, quām graue sit hoc pecca-
tum, quod à legibus tanta pœna plectatur: nec quod fornicati
cantur plæriq[ue] impunes, & pauculis psalmis, aut præcus-
sis absoluuntur, legis pœnas irrideant, quasi antiquatae,
& mortuæ: quoniam Deus non irridetur, & si quis for-
te ut pauloante diximus temporariam pœnam eludet,
certe non euadet æternam. Nolite errare, inquit Aposto-
lus, o Corinthii, he que fornicatores, neque adulteri, neque
molles, nec masculorum concubitores regnum Dei
posidebunt. Sed iam expediti à falsis, & foedis cauilla-
tionibus lasciuorum, ueluti euecti è diffcillimis scopulo-
sique cotibus, pacatiore æquore deinceps, quo secundi-
ducent zephiri, ductore spiritu sancto uela faciamus, &
de coniugatorū molestiis, q[uo]d collecta magis q[uo]d intellecta
anobis sunt deinceps sequenti libro referamus.

R